# ROMANA FAMILIA



I. C. Scripsit MMXXII


PERSONAE
ROMANAE
FAMILIAE.
LULIUS,
PATER.
MIRKUS,
PUER.
QUONTUS,
PUER.
LULIA.
PUELLA.
EMILIA.
MATER.
SONICUS,
ERINACEUS.


ROMA IN ITALIA EST, ET PROPE ROMAM EST PARVA VILLA IN QUA FAMILIA IULII HABITAT.
QUAM PULCHRA EST HAEC VILLA! NONNE TIBI PLACET, EMILIA MEA?
ITA EST, MI IULI!
"IULI"?
IGNOSCE MIHI, CARISSIME IULI!
...UBI AUTEM LIBERI SUNT?
MIRKUS ET QVONTUS IN LUDO SUNT. NESCIO AUTEM UBI SIT IULIA.
IULIA IN PERISTYLO CANTAT. AUDITUM EAMUS PULCHRAM FILIOLAM!
SANE!


ECCE FILIOLA PULCHRE CANT—
OBSCVRITAS! INCLUDIT ME! OMNIA QUAE VIDEO: ABSOLUTVS HORROR!
VIVERE NON POSSUM! MORI NON POSSUM! CAPTA IN ME IPSA! CORPUS EST CARCER!
EMILIA...
MEDICVM ARCESSE...
SANE... UBI SUNT SERVI?
MADE! DUDE! VENITE!
SALVETE! ECCE DUDUS, SERVUS VESTER.
SALVE DUDE. UBI EST MADUS?
MADUS?
MADUS EST IN...


O, MEA PULCHRA LUDIA! MULTOS NUMMOS HABEO! –QUOS DOMINUS STULTUS MIHI "DEDIT".
HS
O, MADE...
ANULUM GEMMATUM VOLO...
...NESCIO UBI SIT, DOMINE.
...FORTASSE IN AGRO LABORAT. TU AUTEM, DUDE, MEDICUM ARCESSE!
NOSTRA LULIA CAPUT AEGRUM HABET. TIMEO NE MORIATUR...
QVID?
DUM HAEC AGUNTUR, PUERI IN LUDUM IAM ADVENIUNT.
SALVE, MIRKE!
SALVE


UBI EST QUINTUS?
QUINTUS MORTUUS EST.
QVID?
QUINTUS ENNIUS, POETA DE QUO HERI NOBIS LEGISTI, MORTUUS EST.
SEMPER LEGIS NOBIS CARMINA POETARUM MORTUORUM!.
...DE ENNIO ROGASTI, NONNE?
NAM FRATER MEUS VOCATUR QVONTVS...
...ITA EST, DE ENNIO ROGAVI, ET TU BENE RESPONDISTI.
TE LAUDO, MIRKE.
GRATIAS TIBI AGO, MAGISTER!
ET SALVETE, SUXTE ET TATE!


...UBI EST FRATER TUUS QUONTUS?
HODIE NON VENIET.
NAM CUM AD LUDUM AMBULABAMUS, CANEM QUENDAM INVENIMUS...
...QUEM CUM QUONTVS VIDISSET AEGRUM ESSE, DIXIT:
O MISER CATELLE, DOLETNE TIBI PES?
BAU! BAU!
HODIE SOLUS AD LUDUM IBIS, MIRKE. EQUIDEM PARVUM CATELLUM AD MEDICUM ANIMALIUM AFFERAM.
AEGROTABATNE CANIS? FORTASSE MENTITUS EST QUONTUS UT A LUDO SE ABSTINERET.
VERUM DICIS, MAGISTER. PUTO QUONTUM MENTITUM ESSE, QUIA PENSUM, QUOD HERI NOBIS DEDISTI, NON FECIT.



BENE MONES, MIRKE! OSTENDE MIHI PENSUM TUUM.
ECCE, OPTIME MAGISTER.
QVONTVS
ROMA·EST·IN·GRAECIA.
ITALIA·EST·IN·AFRICA.
IN·MARI·SUNT·ELE-PHANTI
X ET III SUNT:
NESCIO COMPUTARE
CUR LACRIMAS, MAGISTER? ESNE COMMOTUS PENSO?
TAM BONUM EST PENSUM?!
...ITA EST. VALDE MIROR PENSUM TUUM, MIRKE. **PRAEMIUM** TIBI DABO.
PRAEMIUM!
PRAEMIUM!
DUM MAGISTER "PRAEMIUM" PARAT, DUDUS MEDICUM QUAERIT.


DUDE! DUDE! ADIUVA ME!
QUID?
QUIS ME VOCAT?
O DI BONI! QVONTE!
VAAAAE!
RRR!
BAU!
BAU!
NOLI TIMERE QVONTE!
MECVM PUGNA, CANIS!
BAU?
AAAAAAH!


MECUM PUGNA CANIS... TE NECABO...
MISER DUDUS! OB DOLOREM DELIRAT...
AT CANE DISTRACTO FUGERE POSSUM
MEDICUM ARCESSAM QUI DUDUM CURET...
...ET VIRGAM INVENIAM QUA MIRKUM VERBEREM..
MIRKUS ENIM HUIUS SCELERIS NOXIUS EST!
CANEM CURA, MI QUONTE!
...EGO TABELLAM TUAM TENEO, SINE CURA SIS.
QVONTVS
BAU! BAU! BAU!
?
BAV
BAV
BAV


O DI BONI O DI BONI O DI BONI O DI BONI
AAAAAA
VAAAAAAAAAAAA AAAAAAAAAE!!!
MIRKVS?!
AAAAAAAAAAAA
MAGISTER ME INTERFICERE CONATUR!
AT CANIS ME DEVORARE CONATUR!
MAGISTER IAM ADVENIT!
ET CANIS!
ECCE PRAEMIUM TVVM
BAV BAV BAV*
* CUM DEI MUNDUM CREAVISSENT, CUIQUE ANIMALI NATURAM DEDERUNT IMMUTABILEM. ERGO NOLI ME SONTEM VOCARE FEROCITATIS CAUSA, SED DEOS.


FORTUNA FORTES ADIUVAT, FRATER!
EGO MAGISTRO SUADERE CONABOR NE TE VERBERET...
TU CANI SUADE NE ME EDAT.
ITA CONABOR!
SALVE MAGISTER...
TACE QVONTE. RE VERA ET TU VERBERANDUS ES
CONFITEOR NOS IMPROBOS DISCIPULOS ESSE... SED... NUM PROBOS VERBERATIO NOS FACIET?
FORTASSE CLEMENTIA MELIUS NOS DOCEBIT QUAM VIOLENTIA.
ODIUM MALA, AMOR BONA CREAT.
...
SI PLACIDUS ET BONUS MAGISTER ERIS, ET NOS PLACIDI ET BONI ERIMUS!
...
BONUS PUER ES, QUONTE, ET VERA DICIS. VOBIS IGNOSCO.
ET PER APOLLINEM IURO ME NUMQUAM PUEROS VERBERATURUM
AUDIVISTINE, MIRKE?


MAGISTRUM PETE, CANIS!
BAU BAU BAU!
QUID?!
EHEU! PAPAE! VOS NECABO, PUERI!
QUARE HOC FECISTI, STULTE?
QUIA IUCUNDUM VIDETUR.
PRAETEREA NOLI MAGISTRUM TIMERE. HERI PATREM DICERE AUDIVI "MAGISTRUM MALUM ESSE" ET "NOS IN NOVUM LUDUM ESSE MOX ITUROS".


O FRATREM IMPROBISSIMUM!
NOLI AUTEM CREDERE ME IAM OBLITUM ESSE SCELERIS TUI.
NUNC AUTEM MEDICUS EST ARCESSENDUS, QUI DUDUM CURET.
INGRATUS ES, FRATER.
EGO A CANE TE ERIPUI.
SED NON CURO. MEDICUM QUAERO.
FRATRES DENIQUE MEDICUM AD DUDUM ARCESSIVERUNT.
... DOLEO HOC DICERE, PUERI...
PUTO EUM IAM MORTUUM ESSE.
PAPAE!
VALE, BONE SERVE! SEMPER IN CORDE MEO ERIS, DAVE!
"DAVE"?


DUDE! —VIVUS ES, DUDE NOSTER!
... QUID ACCIDIT?
SCIO ME MEDICUM QUAESIVISSE... PRAETER ILLUD, NIHIL MEMINI.
BONE DUDE, CUM PER VIAM AMBULABAS...
..AD LAPIDEM PEDEM OFFENDISTI, ET DEIN LAPSUS ET SEMIMORTUUS IACEBAS.
...SED EGO ET QUONTUS AD TE MEDICUM ARCESSIVIMUS.
GRATIAS AGO VOBIS, PROBI PUERI!
NUNC, MEDICE, VENI NOBISCUM DOMUM!
MIRKE... POENAS DABIS... PER IOVEM, DABIS POENAS...


DEINDE..
ECCE SERVUS VESTER ADEST! ET MEDICUM ET LIBEROS ATTULI.
BENE FECISTE, DUDE. MEDICE, SEQUERE ME.
ET VOS, FILLI...
PATER MODO EPISTULAM A MAGISTRO VESTRO ACCEPIT. NUNC VOBISCUM LOQUI VULT.
IN PERISTYLO VOS EXSPECTAT. ITE!
...ALIQUID DIXIT
DE "CANE"...
FRATRES TACENTES IN PERISTTYLO INEUNT...


SALVETE PVERI.
SA-SA-SALVE
EPISTVLAM MAGISTRI LEGI...
IAM SCIO QVID ACCIDERIT HODIE.
ERGO, PVERI...
NVNC...
VOS...


... IN ALIUM LUDUM IBITIS. HIC MAGISTER NIMIS STULTUS ESSE MIHI VIDETUR.
RECTE DICIS, PATER! EGO SUM DISCIPULUS PROBUS ET PRUDENS, SED TAM MALUS EST MAGISTER UT NIHIL DISCERE POSSIM!
?
DISSENTIO A VOBIS! MAGISTRUM NON MALUM ESSE CREDO. EGO NOLO IN ALIUM LUDUM IRE!
TACE!
...
QUONTE, IN PRISTINO LUDO MANEBIS.
BENE!
MIRKE AUTEM, IN NOVUM LUDUM CUM NOVO MAGISTRO IBIS.
OPTIME!


...NAM IMPROBUS ES ET NECESSE EST TE HABERE SEVERIOREM MAGISTRUM.
QUID?
IN GERMANIAM TE MITTAM, UT AVUNCULUS TUUS EMILIUS REM MILITAREM TE DOCEAT.
LINGUA BARBARA PER SE ILLUSTRATA
LEGE HOC UT PARATUS SIS.
NUNC AUTEM IN ATRIUM EAMUS UT MEDICUM AUDIAMUS.
LINGUA BARBARA PER SE ILLUSTRATA
DEIN...
NON AEGROTAT PUELLA, SED...
?
ALIQUIS CARMINA SCELESTA ET NEFANDA EAM DOCUIT.
QUIS TE DOCUIT, FILIOLA MEA?
...
...


SONIC ME DOCUIT.
HEUS!
EGO NON SUM "SONIC"!
SONICUS ERINACEUS SUM, PERSONA ORIGINALIS HUIUS FABULAE.
VISNE NOVA CARMINA DISCERE, LULIA?
ROMAM IBIS, BONE SERVE SONICE.
OPTIME!
CUR IBIMUS?
...
DEIN, ROMAE...
FINIS

Ignoscite mihi!